Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

De legibus disputatio - Cod. Ettenheim-Münster 336

[S.l.], [17. Jahrh.]

§ 3tia

urn:nbn:de:bsz:31-131792

Visual Library

ignorantia aut inadvertantia excusetur. Unde Colliges

1. Eum non esse periurum qui iurat contra Justitiam; peccare tamen mortaliter, quia primam veritatem Deum invocat in fidem iniquitatis et velut complicem suae malitiae.

2. Eum, qui nulla necessitate vel causa rationabili aut etiam pro re nihili, iurat, etsi verum iurat peccare vel mortaliter vel venialiter pro ratione irreverentiae vel contemptus Nominis Divini aut Scandali. Censetur autem ille sine necessitate iurare, qui nec a superiore ad hoc urgetur, nec id propria nec proximi utilitas postulat. An vero et quomodo licitum sit in iuramento aut etiam alibi uti Amphibologia aut restrictione mentali infra dicemus.

§. 3.

De Blasphemia.

Conclusio 1. Blasphemia est contumelia seu maledictio Dei. Explico. Blasphemia est vitium, per quod homo corde vel ore ferendum illicitum vel affectum Deo vel Sanctis

tribuit, quod ei non convenit, v.g. si vocet Deum crudelis, Sancti impostores, mendaces. Item si quis Deo motum imperet, cum l. negat, quod ei omniscius sit, l. Apostoli veraces l. tribuat creaturae quod est Deo proprium v.g. si quis dicat creaturam esse suum summum bonum ulti. Dividitur ac.

1. In Blasphemiam Cordis et oris prout scil. l. solo corde l. etiam ore Deus maledicitur. Addunt aliqui tertium membrum operis; sed frustra: quia l. adhibet opus ut signum oris maledicentis Deo, ut, si quis in coelum spuat, dentibus fremat, l. pugnum protendat et tunc spectat ad blasphemiam oris, qualenus non tantum per sonum vocis, sed etiam per scripturam aliaque signa externa loqui possumus. l. opus non adhibetur ut signum sed reipsa Deus inhonoratur et tunc non est proprie dicta blasphemia, sicut non omnis honor Dei est proprie dicta laus Dei.

2. In formalem ac Interpretativam seu Ex-

plicita et implicita. Illa e. e. directe tendit in
Deum: haec in Sanctos, mysteria fidei et creatu-
ras. Sicut n. per creaturas pt iurari Matth. 23
v. 16. ita per eas pt. Deus blasphemari.

3. In simplicem et haereticalem. Haereticalis
est quae aliquid asserit fidei contrarium. Sim-
plex quae nullam continet falsitatem contra fidem.
ut sunt illae quae per modos optandi, im-
perandi, aut imprecandi fiunt. Item illae quae
fiunt nominando aliquid quod vere in Deo
reperitur, sed per modum irrisionis. Unde proprie
non blasphemat qui enunciat in ira l.
risu aliquid de Deo expresse l. implicite
quod verum est v.g. Corpus Dei, Sanguis Christi,
Sacramenta Dei, n. botz Herget, botz Leiden
botz Sacrament, Bott Sacrament, Blutz
Sacrament n. modo affectus indignationis n.
tendat contra Deum, sed tantum contra homines l. iumenta
cui quis irascitur. botz hundert Herget est
blasphemia l. haeresis si proferatur eo sensu, quem
formula haec per se suggerit: at si proferatur
n. attendendo ullatenus ad sensum grammaticalem
sed solum intendendo dare signum alicuius admi-
rationis alteriusve passionis incurrit solum venialis

culpa irreverentiæ notandi. Hundert tausent
mahl tausent Sacrament ob hæreticam ex le-
vitate vel vilipensione multiplicationem Sacramento-
rum semper est blasphemia. Sacrament schänd
de di Gottsschänd, de di Gotts Leiden, Go-
tes Leiden, Gottes Sacrament schänd iaculato-
rie impatientiæ in homine aut alia creatura
Hæc sunt graviora cæteris peccatis Religioni
oppositis sunt peccata mortifera satis mag-
na quia graviter lædunt honorem divinum. Sa-
cramentl Herr, Stern, Donner Sacrament
plene deliberate dicta blasphemiis sunt accen-
senda. Element schänd est maledictio seu im-
precatio. Sacrament sine additione nec blas-
phemia nec iuramentum est, sed tm irreverens
sacri nominis usurpatio et venialis, quamvis
ob scandalum vel periculum formandi blasphemian-
di mortalis fieri possit. Cum Sacramentis, vel
Herrgott, non est plus quam iuramentum sed ple-
rumque minime necnon. Excusantur à Gobat
sæculares laici à mortali etsi de die centies
hac ratione tenerent sacra mysteria, non a. Re-
ligiosi. Sed utiliter blasphemiæ eiusque peccata
verborum modo sunt ex intentione dicentis
indicanda: quibuscunque igitur verbis utare, nemo